

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Egregia doctrina & pietate praedito D. Martino Bucero, docēti Euangelium
in ecclesia urbis Argentinae, suo amico praecipuo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

bis Matthæum, quem & uerè & ualde amo. Bene
& feliciter uale. 28 Martij, 1536.

Egredia doctrina & pietate prædico D.
Martino Bucero, doceti Euangelium in
Ecclesia urbis Argentinæ, suo ami-
co præcipuo.

S. D. Post nostrum reditum ex conuentu, con-
ualuit iterum Lutherus, satis feliciter. Ego in no-
uum periculum incidi. Est apud nos quidam homo
durus, *νὸν ἀμύροσ*, cui nomen est Cordato. Is me
crudeliter insectatur, eo quòd dixi, Bona opera ne-
cessaria esse ad salutem. Excitat miras tragedias.
Semel homini respondi, satis facete. Si perget fure-
re, uidero ubi me abdā, ne mihi perpetuò cum ta-
libus *σycophantis* litigandum sit. Satis est discordia-
rum & scandalorum. Utinam nos sanare, nō exul-
cerare mala publica studeremus. Quis autem sane
mētis negare potest hanc propositionem: Nouitas
spiritualis est necessaria ad uitam æternam? Hoc di-
co, cum dico nouam obedientiam necessariam esse
ad uitam æternam. Sed omitto disputationem. Tuas
litteras auide expecto, de omnibus rebus uestris, de
Gallico bello, & *πρότι τῆς εὐχολῆς*. Hunc tabella-
rium tibi commendo: est enim homo probus, & li-
terarum ac doctrine Christiane admodum studio-
sus. amplius biennio nobiscum fuit. Ideo mores eius
nobis

*Ep. ff. off. Sac. V. 475
cf. Str. apud Mel. 145.*

nobis sunt satis noti, & probati. Proficiscitur ad uos, querens in Gallica uicinia aliquam conditumculam: aut sicubi in uicinia uestra aliquid negotij in officinis typographicis, aut in schola aliqua inuenire posset. Nomen est ei Ioanni Albergio Gallo, Notus est Sturmio. Quæso te, non de his homini exuli Saluta amicos. Bene uale: die diui

Georgij, Lipsiæ. 1537.

LECTORI S.

Initio tertij libri Epistolarum D. Philippi, Testimonia eruditionis ac morum, studiosis atq; eruditibus hominibus siue ab ipso D. Philippo siue alijs data, ponere libuit: quorum tamen aliqua secundo libro etiam inserta alicubi reperies. Postea aliorum doctorum uirorum Epistolæ aliquot subiungentur.

C LIBER